



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ**

**Talamellus, Thomas**

**Ticini Regii, 1618**

Capvt Qvintvm. In quo sequuntur aliæ aliorum Responsiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

## CAPVT QVINTVM.

In quo sequuntur alia aliorum Responsiones.

**D**ominus Iacobus noster Valentinus adhuc similia docet, & adducit aliam responsionem. Psal. vers. Concaluit cor meum intra me &c. de mente S. P. Aug. Persecutiones, & flagella temporalia sunt bonis bona, & malis mala: nam vna, & eadem infirmitas, & aduersitas operatur diuersa in bonis, & malis: nam malus blasphematur contra Deum &c. iustus autem eundem laudat Deum, & patienter suffert, & sic persecutiones fuerunt bonae & utiles sanctis Patribus, & toti Populo Dei; non ergo sine causa mali viuunt in hoc seculo: similiter B. Thom. noster Argentinensis pro secunda ratione fundamentali de mente D. P. Aug. in suo Enchiridion; Malum bene ordinatum, & suo loco positum, commendat bona, ut magis placeant; Deus omnipotens non sineret aliquid mali esse in opere suo, nisi adeo esset omnipotens, & bonus; ut bonum beneficeret de malo, & per D. Boetium, modus Diuinus est, quod ad bonum dirigens, cuncta disponat, & sic concludit mala esse, siue cadere sub diuina prouidentia, & idem Thomas eodem primo sententiae docet, mala etiam culpae cooperari electis Dei in bonum: secundum quod dicit Glos. super illud verbum D. Apost. scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Idem pariter docet

B B. Egi-

10.  
Iacob. de  
Val. super  
Psal. 130.  
S. P. Aug.  
1. de Ciuit.  
cap. 8.

11.  
B. Thom.  
arg. 1. set.  
d. 38. q. 1.  
art. 4.  
S. P. Aug.  
Ench. 1.  
cap. 7.

D. Boet. li.  
4. de conso-  
latione.  
1. sent. d. 1.  
q. 4. art. 4.

Glos. sup  
Apost. ad  
Rom. c. 8.

B. Egid.  
Ro. 1. sct.  
d. 1. ar. 6.  
ad 2. questi  
onem et 3. ar.

B. Egidius Rom. noster vtimur malis pena, ea patienter tolerando, & malis culpa vtimur detestando, & eadem reprobando.

Paul.  
Ven. c. 19.  
concl. 4.  
qu. ult. in  
corpore  
Philosoph  
5. Eth.

Paulus noster Venetus lib. de compositione mundi dicit, & docet, nihil esse in hoc mundo sine suo opposito. Qua de re si mali, & mala dantur in rerum natura, dantur: quia sunt opposita bonis: idcirco idem Paulus lib. 2. de Generatione, docet de mente Philosophi quod iustitia bonos premiat, malosque punit. Vnde multoties non premiatur, neque punitur in hac vita: quia fortis moritur exercendo virtutis actum: vt videmus communiter, quod sceleres, & iniquè prosperitatibus mundi huius latissimè gaudent: bonique, & perfecti, tribulationibus, angustijs, ac persecutionibus durissime comprimuntur. quamobrem idem 3. lib. de Anima exponens illud Philosophi bonum, aut est bonum reale, aut apprens, dicit omne bonum esse faciendum, nullumque malum esse operandum; forsitan intelligens de malo culpa, quæ si datur aliquando, eadem vti debemus modo prædicto.

